

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

Liber vndecimus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

VIRGILII MA-
RONIS AENEIDOS

Liber vndecimus.



Ceanum interea surgens
aurora reliquit.

Aeneas (quanquā & socijs
dare tempus humandu,
Præcipitant cura, turbataq;
funerè mens est)

Vora desim primo victor
soluebat Eo.

ingentem quercum, decisis vndiq; ramis,
Constituit tumulo, fulgentiaq; induit arma,
Mezenti ducis exuias, tibi magne trophaeum
Bellipotens: aptat rorantes sanguine cristas,
Telasq; trunca viri, & bis sex thoraca petiitum;
Perfossunq; locis: clypeumq; ex ære sinistra
Subligat, atq; ensen collo suspendit eburnum:
Tum socios (namq; omnis eum stipata tegebat
Turba ducum) sic incipiens hortatur ouanteis:
Maxima res effecta, viri: timor omnis abesto,
Quod superest. hæc sunt spolia, & de rege superbo
Præmitia: manibusq; meis Mezentiis hic est.
Nunc iter ad regem nobis, murosq; Latinos.
Arma parate animis, & spe præsumite bellum:
Ne qua mora ignaros (vbi primum vellere signa

Annus

Annuerint superi, pubemq; educere castris)
 Impediat, segnesq; metu sententia tardet.
 Interea socios, inhumatq; corpora terra,
Mandemus: qui solus honos Acheronte sub imis
Ita, ait, egregias animas, qua sanguine nobis
 Hanc patriam peperere suo, decorate supremis
 Muneribus: mactamq; Euandri primus ad vltim
 Mittatur Pallas: quem non virtutis egentem
Abstulit atra dies, & funere merfit acerbo.
 Sic ait illacrymans, recipitq; ad limina gressum,
 Corpus vbi exanimi positum Pallantis Aetes
 Seruabat senior, qui Parrhasio Euandro
 Armiger ante fuit: sed non felicibus aequè
 Tum comes auspicijs caro datus ibat alumno.
 Circum omnis famulûmq; manus, Troianaq; totis
 Et mæsta Iliades crinem de more soluta.
 Ut verò Aeneas soribus sese intulit altis,
 Ingentem gemitum turfis ad sidera tollunt
 Pectoribus, mæstosq; immugit regia luctu.
 Ipse caput niuei vultum Pallantis, & ora
 Ut vidit, lauiq; patens in pectore vulnus
 Cuspide Ausonia, lacrymis ita fatur obortu:
 Tene, inquit, miserande puer, cum lata veniret,
 Inuidit fortuna mihi? ne regna videres
 Nostra, neq; ad sedes victor veherere paterni
 Non hac Euandro de te promissa parenti
 Discedens dederam, cum me complexus euntem
 Mitteret in magnum imperium: metuenq; moueret
 Acreis esse viros, cum dura praelia gente.

Et non

Et nunc ille quidem spe multum captus inani,
 Forti & vota facit, cumulatq; altaria donis:
 Non inueni exanimum, & nil iam caelestibus vllis
 Debetem, vano mœsti comitamur honore.
 Infelix nati funus crudele videbis.
 Illi nostri reditus, expectatq; triumphi:
 Hac mea magna fides. at non Euandre pudendū
 Vulneribus pulsū aspicias: nec sospite dirum
 Optabis nato funus pater. hei mihi quantum
 Praesidium Ausonia, & quantum tu perdis Iule!
 Hac ubi desleunt, tolli miserabile corpus
 Imperat: & toto lectos ex agmine mittit
 Mille viros, qui supremum comitentur honorem,
 Interfinitq; patris lacrymis: solatia luctus
 Exigua ingentis, misero sed debita patri.
 Haud segnes alij crates, & molle pheretrum
 Arbutis texunt virgis, & vimine querno:
 Extructosq; toros obtentu frondis inumbrant.
 Ibi inueni agresti sublimem in stramine ponunt:
 Qualem virgineo demissum pollice florem,
 Seu mollis viola, seu languentis hyacinthi,
 Cui neq; fulgor adhuc, nec dum sua forma recepsit,
 Non iam mater alit tellus, viresq; ministrat.
 Tum geminas vestes, ostroq; auroq; rigentes,
 Extulit Aeneas: quas illi lata laborum
 Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido
 Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.
 Harum vnam iuueni, supremum mœstes honorem,
 Induit: arsurasq; comas obnubit amictu.

Multaq;

Multaq; præterea Laurentis præmia pugna
 Aggerat. & longo prædæ iubet ordine duci.
 Addit equos, & tela, quibus spoliauerat hostem.
 Vinxerat & post terga manus, quos mutet vultu
 Inferias, caso sparsuros sanguine flammæ:
 Indutosq; iubet truncos hostilibus armis
 Ipsos ferre duces, inimicq; nomina figi.
 Ducitur infelix auro confectus Acetes,
 Pectora nunc sædans pugnis, nunc ungibus ora:
 Sternitur & toto proiectus corpore terra,
 Ducunt & Ruulo perfusos sanguine currus.
 Post bellator equus, positus insignibus, Aethon
 It lacrymans, guttiq; humectat grandibus ora.
 Hastam alij galeamq; ferunt: nam cætera Turnus
 Victor habet. tū mæsta phalanx, Teucrig; sequitur
 Tyrrheniq; duces, & versis Arcades armis.
 Postquam omnis longè comitum processerat ordo,
 Substitit Aeneas, gemituq; hæc addidit alto:
 Nos alias hinc ad lacrymas, eadem horrida bella
 Fata vocant. salve æternum mihi maxime Pallæ,
 Aeternumq; vale. nec plura effatus ad altos
 Tendebat muros, gressumq; in castra ferebat.
 Iamq; oratores aderant ex vrbe Latina
 Velati ramis oleæ, veniamq; rogantes:
 Corpora per campos, ferro quæ fusa iacebant,
 Redderet, ac tumulo sineret succedere terra:
 Nullum cum victis certamen, & æthere casu:
 Parceret hospitibus quondam, soceriq; vocat.
 Quos bonus Aeneas, haud aspernanda precantes,

Prosp.

prosequitur venia : & verbis hac insuper addit :
Qua nam vos tanto fortuna indigna Latini
implicuit bello, qui nos fugiatis amicos !
 acemne axanimis, & Martis sorte peremtis
 oratis ! equidem & viuis concedere malletm.
 Nec veni, nisi fata locum sedemq; dedissent:
 Nec bellum cum gente gero. rex nostra reliquit
 Hospitia, & Turni potius se credidit armis.
 Atque huic Turno fuerat se opponere morti.
 si bellum finire manu, si pellere Teucros
 apparat, his decuit mecum concurrere telis.
 Vixet, cui vitam deus, aut sua dextra dedisset.
Nunciat, & miseris supponite ciuibus ignem.
 Dixerat Aeneas. olli obstupere silentes,
 Conuersiq; oculos inter se, atq; ora tenebant.
 Tam senior, semperq; odijs, & crimine Drances
 Insensus iuueni Turno, sic ore vicissim
 Orsa refert : O fama ingens, ingentior armis
 Vir Troiane, quibus caelo te laudibus equem !
Iusticia ne prius mirer, belline laborum !
 Nos vero hac patriam grati referemus ad urbem :
 Et te, si qua viam dederit fortuna, Latino
 Iungemus regi : quera sibi foedera Turnus.
 Quin & fatales murorum attollere moles,
 Saxaq; subnectare humeris Troiana inuabit.
 Dixerat hac : vnoq; omnes eadem ore fremebant.
 Hu senos pepigere dies, & pace sequestra
 Per siluas Teucris, mistiq; impune Latini
 Errauere ingis. ferro sonat alta bipenni

E e

Fraxinus

Fraxinus: euertunt actas ad sidera pinus:
 Robora nec cuneis, & olentem scindere cedrum,
 Nec plaustris cessant vectare gementibus ornati,
 Et iam fama volans tanti praeuincia luctus,
 Euandrum, Euandriq; domos, & moenia complens,
 Qua modò victorem Latio Pallanta ferebat.
 Arcades ad portas ruere, & de more vetusta
 Funereas rapuere faces: lucet via longo
 Ordine flammarum, & late discriminat agros.
 Contrà turba Phrygum veniens plangentia iugis
 Agmina: quae postquam matres succedere rectis
 Viderunt, mœstam incendunt clamoribus viam.
 At non Euandrum potis est vis vlla tenere,
 Sed venit in medios: pheretro Pallanta reposita
 Procumbit super, atq; haeret lacrymansq; gementis.
 Et via vix tandem voci laxata dolore est:
 Non haec ô Palla dederis promissa parenti,
 Cautius vt saeuo velles te credere Marti.
 Haud ignarus eram, quantum noua gloria in armis,
 Et praedulce decus primo certamine posset.
 Primitia iuuenis misera, bellig; propinqui
 Dura rudimenta, & nulli exaudita deorum
 Vota, precesq; mea: tuq; ô sanctissima coniunx,
 Felix morte tua, neq; in hunc seruata dolorem.
 Contrà ego viuendo vici mea fata, superstes
 Restarem vt genitor. Troium socia arma secutum
 Obruerent Rutuli: relictam animam ipse dedissem,
 Atq; haec pompa domum me, non Pallanta, referret.
 Nec vos arguerim Tenecri, nec fœdera, nec quas

proximus hospitio dextas: fors ista senecta
 Debita erat nostrae. quod si immatura manebat
 Mors natum, castis Volscorum millibus, ante
 Ducentem in Latium Teucros, cecidisse iuuabit.
 Quam ego non alio digner te sumere Palla,
 Quam pius Aeneas, & quā magni Phryges, et quā
 Tyrrheniq; duces, Tyrrhenū exercitus omnis.
 Magna trophaea ferunt, quos dat tua dextera letho.
 Tu quoq; nunc stares, immanis truncus in armis,
 Esset par etas, & idem si robur ab annis,
 Turne, sed infelix Teucros quid demoror armis?

Vadite, & hac memores regi mandata referte. *Apostropha*
Eneae.

Quod vitam moror inuisam, Pallante perempto,
 Dextera caussa tua est: Turnum gnatoq; patriq;
 Quam debere vides: meritis vacat hic tibi solus,

Fortunaq; locus: non vita gaudia quero,

Nec fas, sed gnato manes perferre sub imos. *Pallante.*

Aurora interea miseris mortalibus almam

Extulerat lucem, referens opera atq; labores:

Iam pater Aeneas, iam curuo in littore Tarchon

Constituere pyras: huc corpora quisq; suorum

More tulere patrum: subiectiq; ignibus atris *masaram.*

Conditur in tenebras altum caligine coelum.

Ter circum accensos cincti fulgentibus armis *Aeneas et Da-*
chon.

Decurrere rogos: ter maestum funerus ignem

Lustrare in equis, ululatusq; ore dedere. *Phryges et Da-*
chon.

Spargiunt & tellus lacrymis, sparguntur & arma.

Ita coelo clamorq; virum, clangorq; tubarum. *Aeneas.*

Hinc alij spolia occisis direpta Latinis

Conjiciunt igni, galeas, ensesq; decoros,
 Frenasq; seruentesq; rotas: pars munera nota
 Ipsorum clypeos, & non felicia tela.
 Multa bouum circa maectantur corpora morti:
 Setigerosq; sues, raptasq; ex omnibus agros
 In flammam iugulant pecudes. tum littore tot
 Ardentes spectant socios, semiusq; seruant
 Busta: neq; auelli possunt, nox humida donec
 Inuertit cælum stellis fulgentibus aptum.
 Nec minus & miseri diuersa in parte Latini
 Innumeras struxere pyras, & corpora partim
 Multa virum terra infodiunt, auectaq; partim
 Finitimos tollunt in agros, vrbisq; remittunt.
 Cetera, confusaq; ingentem cadis acervum,
 Nec numero, nec honore crebriant: tunc vndiq; vbi
 Certatim crebris collucet ignibus agri.

Sic Tertia lux gelidam cælo dimouerat ymbra:
 Mærentes altum cinerem, & confusa ruebant
 Ossa socii, tepidoq; onerabant aggere terra.
 Iam verò in tectis prædinitis vrbe Latini
 Præcipuus fragor, & longè pars maxima luctus.
 Hæc matres, miseraq; nurus, hæc cara sororum
 Pectora mærentum, pueriq; parentibus orbi,
 Dirum execrantur bellum, Turniq; hymenaei:
 Ipsum armis, ipsumq; iubent discernere ferro,
 Qui regnum Italia, & primos sibi poscat honores.
 Ingrauat hæc seuius Drances, solumq; vocati
 Testatur, solum posci in certamina Turnum.
 Multa simul contra varijs sententia dicta

Pro Turno, & magnum regina nomen obumbrat.
 Multa virum meritis sustentat fama trophæis.
 Illos inter motus medio flagrante tumultu,
 Ecce super mœsti magni Diomedis *ab vrbe Arpi. plā. nō.*
 Legati responsa ferunt: nihil omnibus actum *tantū.*
 Tantorum impensis operum: nil dona, nec aurum,
 Nec magnas valuisse preces: alia arma Latinis
 Querenda, aut pacem Troiano à rege petendum.
 Deficit ingenti luctu rex ipse Latinus.
 Fatalem Aeneam manifesto numine ferri
 Admouet ira Deūm, tumuliq; ante ora recentes.
 Ergo concilium magnum, primosq; suorum
 Imperio accitos, alta intra limina cogit.
 Olli conueniēre, fluuntq; ad regia plenis
Testa vijs. sedet in medijs & maximus auo,
 Et primus sceptris, haud leta fronte, Latinus.
 Atq; hic legatos Aetola ex vrbe remissos,
 Qua referant, fari iubet: & responsa reposcit
 Ordine cuncta suo. Tunc facta silentia linguis,
 Et Venulus dicto parens, ita fariet inquit:
 Vidimus o cives Diomedem, Argiuaq; castra,
 Atq; iter emensi casus superauimus omneis,
 Contigimusq; manum, qua concidit Iliā tellus. *Diomedes.*
 Ille urbem Argyripam patria cognomine gentis
 Victor, Gargani condebat Iapygis agris.
 Postquam introgressi, & coram data copia fandi,
 Munera praeferimus, nomen patriamq; docemus:
 Qui bellum intulerint, quae caussa attraxerit Arpos. *Troiani*
 Auditis ille hac placido sic reddidit ore:

O fortunata gentes, Saturnia regna,
 Antiqui Ausonii, que vos fortuna quietos
Sollicitat, suadetq; ignota laceffere bella!
 Quicunq; Iliacos ferro violauimus agros,
 (Mitto ea, quae muris bellando exhausta sub altis
 Quos Samonis premit ille viros) infanda per ortum
 Supplicia, & scelerum poenas expendimus omnes,
 Vel Priamo misera manus. scit triste Minerva
 Sidus, & Euboica cautes, vltroq; Caphareum
 Militia ex illa diuersum ad litus adacti,
 Atreides Proici Menelaus ad vsq; columnas
 Exulat, Aetnaos vidit Cyclopes Ulysses.
 Regna Neoptolemi referam, versosq; penates
 Idomenei? Libicoe habitantes litoribus Laetoli
 Ipse Mycenaus, magnorum ductor Achinum,
 Coniugis infanda prima intra limina dextra
 Oppetijt: deuicta Asia subsegit adulter,
 Inuidisse deos, patrijs vt redditus oris,
 Coniugium optatum, & pulcrâ Calydona videret
 Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur:
 Et socij amissi petierunt aethera pennis,
 Fluminibusq; vagantur, aues (heu dira meorum
 Supplicia) & scopulos lacrymosis vocibus implent
 Hac adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt
 Tempore, cum ferro caelestia corpora demens
 Appetj, & Veneris violauit vulnere dextram.
 Ne verò, ne me ad tales impellite pugnas,
 Nec mihi cum Teucris vllum post eruta bellum
 Pergama, nec veterum memini, latorum malorum.

Munera, quæ patrîs ad me portatis ab oris,
 Verrite ad Aeneam. steterimus tela aspera contra,
 Continuumq; manus: experto credere, quantus
 In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam.
 Si duo præterea tales Idea tulisset Troiana.
 Terra viros, ultro Inachia venisset ad urbes græcas.
 Dardanius, & versis ingeret Græcia satus.
 Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troia,
 Hectoris Aeneaq; manu victoria Graiûm
 Hæsit, & in decimum vestigia rettulit annum.
 Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis:
 Hic pietate prior. cœant in fœdera dextra,
 Quæ datur: est, armis concurrunt arma, caute.
 Et responsa simul quæ sint, rex optime regum
 Audisti. & quæ sit magno sententia bello.
 Vix ea legati: varius per ora cucurrit
 Ausonidum turbata fremor: ceu, saxa morantur
 Cum rapidos amnes, clauso sit gurgite murmur,
 Vicinæq; fremunt ripæ crepitantibus undis.
 Ut primum placati animi, & trepida ora quierunt,
 Præfatus diuos, solio rex insit ab alto:
 Antè equidem summa de re statuisse, Latini,
 Et vellem, & fuerat melius: non tempore talis
 Cogere concilium, cum muros obsidet hostis.
 Bellum importunum, ciues, cum gente decorum,
 Inuitusq; viris gerimus: quos nulla fatigant
 Prælia, nec victi possunt abssistere ferro.
 Spem, si quam accitis Aetoliûm habuistis in armis,
 Perire: spes sibi quisq; sed, hæc quæ angusta, videtur.

Cetera qua rerum iaceant percussa ruina,
 Ante oculos, interq³ manus sunt omnia vestrae.
 Nec quenquam incuso. potuit quae plurima viti
 Esse, fuit: toto certatum est corpore regni.
 Nunc adeo, quae sit dubia sententia menti,
Expediam, & pauci (animos adhibete) docebo.
 Est antiquus ager Thusco mihi proximus amni,
 Longus in occasum, fines super vsq³ Sicani.
 Arunci, Rutuliq³ serunt, & vomere duos
 Exercent colles, atq³ horum asperissima pascunt.
 Hec omnis regio, & celsi plaga pinea montis
 Cedat amicitia Teucrorum, & foederis aquas
Dicamus leges, sociosq³, in regna vocemus.
 Confidant, si tantus amor, & mania condant,
 Sin alios fines, aliamq³, capessere gentem
 Est animus, possuntq³ solo decedere nostro:
 Bis denas Italo texamus robore naues,
 Seu plures complere valent. iacet omnis ad vultus
 Materies: ipsi numerumq³, modumq³, carinis
 Præcipiant: nos ara, manus, naualia demus.
 Præterea, qui dicta ferant, & foedera firmant,
 Centum oratores prima de gente Latinos
 Ire placet, pactisq³ manu prætere ramos:
 Munera portantes, eborisq³, auriq³, talenta,
 Et sellam regni, trabeamq³, insignia nostri.
Consulite in medium, & rebus succurrite sese.
 Tum Drances idem insensus, quem gloria Troia
 Obliqua inuidia, stimulisq³, agitabat amari,
 Largus opum, & lingua melior: sed frigida bello

Dextra

Dextera, consilij habitus non sutilis autor,
 Seditione potens (genus huic materna superbum
 Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat)
 Surgit, & his onerat dictis, atq; aggerat iras:
 Rem nulli obscuram, nostræ nec vocis egentem,
 Consulis ô bone rex. cuncti se scire fatentur,
 Quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant.
 Det libertatem sandi, statusq; remittat,
 Cuius ob auspiciu infastum, moresq; sinistros,
 (Dicæ equidẽ, licet arma mihi mortemq; minetur)
 Lumina tot cecidisse ducum, totamq; videmus
 Condidisse urbem luctu, dum Troia tentat
 Castra, fuga fidens, & cœlum territat armis.
 Vnum etiam donis istis, quæ plurima mitti
 Dardanidis diciq; iubes, vnum optime regum
 Adijcias, nec te vllius violentia vincat:
 Quin gnatam egregio genero, dignusq; hymenæis
 Des pater, & pacem hanc æterno fœdere iungas.
 Quod si tantus habet mentes & pectora terror,
 Ipsum obtestemur, veniamq; oremus ab ipso:
 Cedat ius proprium regi, patriaq; remittat.
Quid miseros toties in aperta pericula ciues
Proicis? ô Latio caput horum & caussa malorum.
Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes,
 Turne, simul pacis solum inuiolabile pignus.
 Primus ego, inuisum quem tu tibi singis, & esse
 Nil moror, en supplex venio: miserere tuorum:
 Pone animos, & pulsus abi. sat funera fusi
 Vidimus, ingentes & desolauimus agros.

Ec 5

Ant

Aut, (si fama mouet, si tantum pectore robur
 Concipis, & si adeo dotalis regia cordi est)
Aude, atq; aduersum fidens ser pectus in hostem
 Scilicet, ut Turno contingat regia coniunx,
Nos, anime viles, inhumata inflatq; turba,
Sternamur campis: etiam tu, si qua tibi vis,
 Si patrij quid Martus habes, illum aspice contra,
Qui vocat.
 Talibus exarsit dictis violentia Turni:
 Dat gemitum, rumpitq; has uno pectore voces:
 Larga quidem semper Drance tibi copia fondi,
 Tunc cum bella manus poscunt, patribusq; voca
 Primus ades, sed non replenda est curia verba,
 Qua tuto tibi magna volant, dum distinet hostem
 Agger murorum, nec inundant sanguine fessa,
 Proinde tona eloquio, solitum tibi: meq; timore
 Argue tu Drance, tot quando stragis aceruos
 Teutroorum tua dextra dedit, passimq; trophaea
 Insignis agros: possit quid vunda virtus,
Experiare licet. nec longè scilicet hostes
 Quarendi nobis: circumstant vndiq; muros.
 Imus in aduersos? quid cessas? an tibi Mauros
 Ventosa in lingua pedibusq; fugacibus istu
 Semper erit?
 Pulsus ego? aut quisquam merito, foedissime, pulum
 Arguet? Iliaco tumidum qui crescere Tybrim
 Sanguine, & Euandri totam cum stirpe videlicet
 Procubuisse domum, atq; exutos Arcadas armu
 Haud ita me experti Bitias, & Pandarus ingenti

Et quos mille die victor sub tartara misit,
 Inclusus muris, hostiliq; aggere septus.
 Nulla salus bello? (capiti caue talia demens
 Dardanio, rebusq; tuis) proinde omnia magna
 Nec cessa turbare metu, atq; extollere vires
 Gentis his victæ: contra premere arma Latini.
 Nunc et Myrmidonū procures Phrygia arma tremi-
 Nunc & Tydides, & Larissæus Achilles: sciunt,
 Amnis & Adriacas retrò fugit Ausidus undas.
 Vel cum se pauidum contra mea iurgia fingit
 Artificis scelus, & formidine crimen acerbatur.
 Nunquam animâ talē dextra hac (absiste moueri)
 Amittes: habiter tecum, & sit pectore in isto.
 Nunc adde, & tua, magne pater, consulta reuertor.
 Si nullam nostris vltra spem ponis in armis:
 Si tam deserti sumus, & semel agmine verso,
 Funditus occidimus, nec habet fortuna regressum:
 Oremus pacem, & dexteras tendamus inermes.
 (Quamquam ô, si solita quicquam virtutis adesset,
 Ille mihi ante alios, fortunatusq; laborum,
 Egregiusq; animi, qui, ne quid tale videret,
 Procubuit moriens, & humum semel ore momordit)
 Sin & opes nobis, & adhuc intacta iuuentus,
 Auxilioq; vrbes Itale populiq; supersunt:
 Sin & Troianis cum multo gloria venit
 Sanguine, sunt illis sua funera, parq; per omnia
 Tempestas: cur indecoros in limine primo
 Descimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
 Multa dies, variusq; labor mutabilis anni

Retulia

Rettulit in melius: multos alterna reuolvens
 Lufit, & in folido rurſus fortuna locauit.
 Non erit auxilio nobis Aetolus, & Arpi?
 At Meſſapus erit, felixq; Tolumnius, & quos
 Tot populi miſere duces. nec parua ſequitur
 Gloria delectos Latio, & Laurentibus agris.
 Eſt & Volſcorum egregia de gente Camilla,
 Agmen agens equitum, & florentis ara cateru.
 Quod ſi me ſolum Teucris in certamina poſcom,
 Idq; placet, tantumq; bonus communibus obſis:
 Non adeo has exoſa manus victoria fugit,
 Vt tanta quicquam pro ſpe tentare recuſem.
Ibo animis contra, vel magnum praefet Achillem.
Factaq; Vulſcani manibus paria induat arma
Ille licet: vobis animam hanc, ſoceroq; Latino,
 Turnus ego, haud vlli veterum virtute ſecundus,
 Deuqueo. ſolum Aeneas vocat? & vocet, oro.
 Nec Drances potius, ſiue eſt hac ira deorum,
 Morte luat: ſiue eſt virtus & gloria, tollat.
 illi hac inter ſe dubijs de rebus agebant
 Certantes: caſtra Aeneas, aciemq; monebat.
 Nuncius ingenti per regia teſta tumultu
 Ecce ruit, magnusq; urbem terroribus implet:
 Inſtructos acie Tyberino a flumine Teucros,
 Tyrrhenamq; manum totis descendere campi.
 Extemplo turbati animi, concuſſaq; vulgi
 Peſtora, & arreſta ſtimulis haud mollibus ira.
 Arma manu trepidi poſcunt, ſemit arma iuuentus
 Flent maeſti, muſſantq; patres. hic vndiq; clamor
 Diſſeſcit

Dissensu magnus vario se tollit in auras :
 Haud secus atq; alto in luco cum forte ceterua
 Concedere animum, piscosoue amne Padusa
 Dant fontum rauci per stagna loquacia cygni.
 Iam, ait, o ciues, arrepto tempore, Turnus,
 Cogite concilium, & pacem laudate sedentes :
 Illi armis in regna ruunt, nec plura locutus,
 Corripuit sese, & rectis citus extulit alis.
 Tu Voluse armari Volschorum edice manipulis :
 Dic, ait, & Rutulos equites Messapus in armis,
 Etzum fratre Coras latius diffundite campis.
 Pars aditus urbis firment, turresq; capebant :
 Cetera, qua iusso, mecum manus inserat arma.
 Iacet in muros tota discurretur vrbe.
 Concilium ipse pater, & magna incepta Latinus
 Deserit, ac tristi turbatus tempore differt :
 Multaq; se incusat, qui non acceperit ultro
 Dardanum Aeneam, generumq; asciuerit urbi.
 Praedidit alij portas, aut saxa, sudesq;
 Subuectant : belli dat signum rauca cruentum
ruccina : tunc muros varia cinxere corona
 Matrona, pueriq; : vocat labor vltimus omnes.
 Nec non ad templum, summasq; ad Palladi arces
 Subuebitur, magna matrum regina ceterua,
 Dona ferens, iuxtaq; comes Lauinia virgo,
 Cassa mali tanti, atq; oculos deiecta decoros.
 Succedunt matres, & templum thure vaporant,
 Et maestis alto fundunt de limite voces :
 Arripotens belli praeses, Tritonia virgo,

Frangere

Frange manu telum Phrygi prædonis, & ipsum
 Pronum sterne solo, portusq; effunde sub altis.
 Cingitur ipse furens certatum in prælia Turmæ:
 Iamq; adeo Rutulum thoraca indutus, abenti
 Horrebat squamis, surasq; incluserat auro,
 Tempora nudus adhuc, lateriq; accinxerat enses.
 Fulgebatq; alta decurrens aureus arce:
 Exultatq; animis, & spe iam præcipit hostem.
 Qualis, ubi abruptis fugit præsepia vincula
 Tandem liber equus, camposq; potius aperto,
 Aut ille in pastus, armenta q; tendit equarum,
 Aut assuetus aqua, persundi flumine noto
 Emicat, arrectusq; fremitu ceruicibus altè
 Luxurians, luduntq; iuba per colla, per artus.
 Obuia cui Volscorum acie comitante Camilla
 Occurrit, portusq; ab equo regina sub ipsis
 Desluit: quam tota cohors imitata, relicto
 Ad terram defluxit equis. Tum talia satur:
 Turne, sui merito si qua est fiducia sorti,
 Audeo, & Aeneadum promitto occurrere turme,
 Solaq; Tyrrhenos equites ire obuia contra.
 Me sine prima manu tentare pericula belli:
 Tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serua.
 Turnus ad hæc, oculos horrenda in virgine fixos
 O, decus Italia, virgo, quas dicere grates,
 Quasius referre parem? sed nunc (est omnia quibus
 Iste animus supra) mecum partire laborem:
 Aeneas (ut fama fidem, missiq; reportant
 Exploratores) equitum leuia improbus arma

Premisit, quaterent campos : ipse ardua montis
Per deserta, iugo properans adueniat ad urbem.
Porta pato belli conuexo in tramite siluae,
Vbiuias armato obsidam milite fauces.
Tu Tyrrbenum equitem collatis excipe signis:
Tecum acer Messapus erit, turmaq; Latina,
Tiburtiq; manus : ducis & tu concipe curam.
Sic ait : & paribus Messapum in praelia dictis
Hortatur, sociumq; duces, & pergit in hostem.
Est curuo anfractu vallis accommoda fraudi
Armorumq; doli, quam densis frondibus atrum
Viget vring, latus, tenuis qua semita ducit,
Angusta, serunt fauces, adunq; maligni.
Hanc super, in speculi summoq; in vertice montis
Planities ignota iacet, tutiq; receptus :
Seu dextra, leuaq; velis occurrere pugna,
Sine instare iugis, & grandia voluere saxa.
Huc iuuenis nota fertur regione viarum,
Arripuitq; locum, & situs insedit iniquis.
Velocem interea superis in sedibus Opim,
Vnam ex virginibus socijs sacra, caterua
Compellabat, & has tristi Latonia voces
Ore dabat : Graditur bellum ad crudele Camilla,
O virgo, & nostris nequicquam cingitur armis,
Cara mihi ante alias : neq; enim nouus iste Diana
Venit amor, subitaq; animum dulcedine mouit.
Pulsus ob inuidiam regno, viresq; superbas,
Prinerno, antiqua Metabus cum excederet vrbe,
Infantem, fugiens media inter praelia belli,
Sustulit

Sasulit exilio comitem, matrisq; vocavit
 Nomine Casinilla, mutata parte Camillam.
 Ipse sinu praese portans, iuga longa petebat
 Solorum nemorum: tela undiq; sena premebat.
 Et circumfuso volitabant milite Volsci.
 Ecce, fuga medio, summis Amasenus abundat
 Spumabat ripis (tantus se nubibus imber
 Ruperat) ille innare parans, infantis amore
 Tardatur, caroque oneri timet: omnia secum
 Versanti, subito, vix hac sententia sedit.
 Telum immane manu valida quod sorte gaudet
 Bellator, solidum nodis, & robore cotto,
 Huic natam, libro & siluestri subere clausam,
 Implicat, atq; habilem media circumligat hoste.
 Quam dextra ingenti librans, ita ad athera iacet:
 Alma, tibi hanc, nemorum cultrix Latonia vixit,
 Ipse pater famulam voueo. tua prima per aurum
 Tela tenens supplex hostem fugit: accipe, si fas,
 Diua tuam, quae nunc dubijs committitur auri.
 Dixit: & adducto contortum hastile lacerto
 Immittit: sonuere vnda, rapidum super amnem,
 Infelix fugit in iaculo stridente Camilla.
 At Metabus, magna propius iam virgente catena,
 Dat sese fluuiio, atq; hastam cum virgine victor
 Gramineo, donum Trivia, de cespite vellit.
 Non illum tectis villa, non mœnibus vrbes
 Accipere: (neq; ipse manus feritate dedisset)
 Pastorem & solis exegit montibus aequum.
 Hic natam in dumis, interq; horrentia lustra,

armentalis equæ mammi, & lacte ferino
 Stribar, teneris immulgens vbera labris.
 Pedum primis infans vestigia plantis
 Implerat, iaculo palmas oneravit acuto,
 Piculaq, ex humero parua suspendit & arcum.
 Pro criminali auro, pro longa tegmine palle,
 Tigridis exuvie per dorsum à vertice pendent.
 Tala manu iam tum tenera puerilia torfit,
 Et fundam tereti circum caput egit habena,
 Strymoniamq, gruem, aut album deiecit olorem.
 Multa illam frustra Tyrrhena per oppida matres
 Optauere nurum : sola contenta Diana
 Aeternum telorum, & virginittis amorem
 Intemerata colit. vellem haud correpta fuisset
 Militia tali, conata laceffere Teucros :
 Cara mihi, comitumq, foret nunc vna mearum.
 Verum agè, quandoquidem satis vrgetur acerbis :
 Labere Nympha polo, sineq, inuise Latinos,
 Tristis vbi infausto committitur omine pugna.
 Hac cape, & vtricem pharetra deprime sagittam :
 Hac, quicunq, sacrum violarit vulnere corpus,
 Troi, Italusq, mihi pariter det sanguine pœnas.
 Pôst ego nube caua miseranda corpus, & arma
 Infolata seram tumulo, patriaq, reponam.
 Dixit : at illa leues cœli demissa per auras
 Insonuit, nigro circumdata turbine corpus.
 At manas interea muris Troiana propinquat,
 Hetruscig, duces, equitumq, exercitus omnis,
 Compositi numero in turmas : fremit aquore toto

Ff

Insultans

Insultans sonipes, & presus pugnat habenis,
 Huc obuersus & huc: tum late ferreus hastis
 Horret ager, campiq; armis sublimibus ardent,
 Nec non Messapius contra celeresq; Latini,
 Et cum fratre Coras, & virginis ala Camilla,
 Aduersi campo apparent, hastasq; reduci
 Protendunt longe dextris, & spicula vibrant,
 Aduentusq; virum, frenitusq; ardescent equorum
 Iamq; intra iactum teli progressus viresq;
 Substiterat: subito erumpunt clamore, frenibusq;
 Exhortantur equos: fundit simul vndiq; tela
 Crebra, minis ritu, caelumq; obtexitur umbra.
 Continuo aduersis Tyrrhenus, & acer Acontes
 Connixi incurrunt hastis, primiq; ruinas
 Dant sonitu ingenti: praefractaq; quadrupedum
 Pectora pectoribus rumpunt, excussus Acontes
 Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti,
 Praecipitat longe, & vitam dispergit in auras.
 Extemplo turbata acies, versiq; Latini
 Reijciunt parmas, & equos ad moenia vertunt.
 Troes agunt: princeps turmas inducit Asilus,
 Iamq; propinquabant portis, rursusq; Latini
 Clamore tollunt, & mollia colla reflectunt:
 Hi fugiunt, penitusq; datus referuntur habenis.
 Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus
 Nunc ruit ad terras, scopulosq; superiacit vndam
 Spumeus, extremamq; sinu perfundit arenam:
 Nunc rapidus retro, atq; astu reuoluta reuertens
 Saxa, fugit, litusq; vado labente relinquit.

Thusiſci Rutulos egere ad mœnia verſos,
reieſti armis reſpectant terga regentes.
Totis ſed poſtquam congreſſi in prælia, totas
implicuere inter ſe acies, legitiq; virum vir.
Tum vero & gemitus morientiu ſanguine in alto,
armaq; corporaq; & permiſſi cede virorum
ſeruanimes voluuntur equi: pugna aſpera ſurgit.
Oſtlocus Remuli (quando ipſum horrebat adire)
Haſtam intorſit equo, ferrunq; ſub aure reliquit.
Quo ſonipes iſtu ſurit arduus, altaq; iacat,
Vulneris impatiens, arreſto pectore crura:
Voluitur ille excuſſus humi. Catillus Iolam,
ingentemq; animis, ingentem corpore & armis
Deſcit Herminium: nudo cui vertice ſulua
Caſaries, nudiq; humeri: nec vulnera terrent:
Tantus in arma patet. latos huic haſta per armos
Alta tremit, duplicatq; virum tranſfixa dolore.
Funditur ater vbiq; cruor: dant funera ferro
Certantes, pulcrumq; petunt per vulnera mortem.
At medias inter cades exultat Amazon,
Vnum exerta latus pugnae, pharetrata Camilla.
Et nunc lenta manu ſpargens haſtilia denſat:
Nunc validam dextra rapit indefeſſa bipennem.
Aureus ex humero ſonat arcus, & arma Diane:
Illa etiam, ſi quando in tergum pulſa receſſit,
ſpicula conuerſo ſugientia dirigit arcu.
At circum lecta comites, Larinaq; virgo,
Tullaq; & eratam quatiens Tarpeia ſecurim,
Invalides: quas ipſa decus ſibi dia Camilla

Delegit, paciſq; bonas belliſq; miniſtras.
 Quales Threicia cum flumina Thermodontia
 Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis.
 Seu circum Hippolyten, ſeu cum ſe Martia circum
 Pentheſilea reſert, magnosq; vlulante tumultu,
 Fœminea exultant lunatis agmina peltis.
 Quem telo primum, quem poſtremum aſpera virgo
 Deſecis? aut quot humi morientia corpora ſunt?
 Eumenium Clytio primum patre, cuius apertum
 Aduerſi longa tranſuerberat abiete pectus.
 Sanguinis ille vomens riuos cadit, atq; cruentus
 Mandit humum, morienſq; ſuo ſe in vulnere reſcit.
 Tum Lyrin, Pagasumq; ſuper: quorū alter balneum
 Suffoſſo reuolutus equo dum colligit, alter
 Dum ſubit, ac dextram labenti rendit inertem.
 Præcipites pariterq; ruunt. his addit Amaſtrum
 Hippotaden, ſequiturq; incumbens eminens hoſtis.
 Tereaq; Harpalicūq; et Demophoonta. Chrenūq;
 Quorūq; emiſſa manu contorſit ſpicula virgo,
 Tot Phrygi cecidēre viri. procul Ornitus armis
 Ignotis, & equo venator Lapyge fertur:
 Cui pellis latos humeros, erepra iuuenec,
 Pugnatori operit: caput, ingens oris hiatus,
 Et mala texere lupi, cum dentibus albis,
 Agreſtiſq; manus armat ſparus: ipſe cateruis
 Veritur in medijs, & toto vertice ſupra eſt.
 Hunc illa exceptum (neq; enim labor agmine virgo)
 Traiecit, & ſuper hac inimico pectore ſatur:
 Silus te Tyr bene ſeras agitare putavi?

Troiani

Apolo.

Juliano

lim lapyge

di darysi

telm ex

st. qm

inſerendum

Ornith

Adm.

Aduenit, qui vestra, dies, muliebribus armis
 Verba redargueret. nomen tamē haud leue patrum
 Manibus hoc referes, telo cecidisse Camilla.
 Protinus Orsilocheū, & Buten, duo maxima Teucrū
 Corpora: sed Buten aduersum cuspide figit *Synechdeshe*
 Loriam, galeamq; inter, quā colla sedentis *hars pro toto*
 Iacent. & laeua dependet parma lacerto.
 Orsilochem fugiens, magnumq; agitata per orbem
 Eludit gyro interior, sequiturq; sequentem.
 Tum validam perq; arma rursus, perq; ossa securim, *Orsilocho*
 Altor insurgens, oranti & multa precanti,
 Congeminat vulnus, calido rigat ora cerebro.
 Incidit huic, subitoq; aspectu territus hesit
 Apenninicola bellator filius Auni,
 Haud Ligurum extremus, dum fallere fata sinebat.
 Vbi se nullo iam cursu euadere pugna *Ligur*
 Posse, neq; instantem reginam auertere cernit: *Camillam*
 Consilio versare dolos ingressus, & astu,
 Incipit hac: Quid tam egregium, si semina forti
 Vidis equo? dimitte fugam, & te cominus equo
Mecum crede solo, pugnaq; accinge pedestri:
Iam nosces, ventosa ferat cui gloria laudem.
 Dixit: at illa furens, acrisq; incensa dolore,
 Tradit equum comiti, paribusq; asistit in armis,
 Ense pedes nudo, puraq; interrita parma.
 At inuenia vicisse dolo ratus, auolat ipse, *ille ex Liguria*
 Haud mora, conuersisq; fugax aufertur habenis,
Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat.
 Vane Ligur, frustra, animis elate superbis,

Nequicquam patrias tentasti lubricas artes:
 Nec fraus te incolumen fallaci perforet axon.
 Hec sature virgo, & pernicibus ignea plantis
 Transiit equum cursu, frenisque aduersa prebentis
 Congreditur, pœnasq; inimico à sanguine sumit.

Mars Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto
secreta Consequitur pennis sublimem in nube columen,
 Comprensamq; tenet, pedibusq; eniscerat vinctam.
 Tum cruor, & vulse labuntur ab arbere pluma.

Iupiter At non hæc nullis hominum sator atq; deorum
 Obseruans oculis, summo sedet altus Olympo:
 Tyrrhenum genitor Tarchontem in praelia sent
 Suscitât, & stimulis haud mollibus incitat ira.
 Ergo inter cades, cedentiaq; agmina Tarcho
 Fertur equo, varijsq; instigat vocibus alas,
 Nomine queng; vocans, reficitq; in praelia pullos.

Quis metus? ô nunquam dolitur! ô semper vinctus
 Tyrrheni! quæ tanta animis ignavia venit?

Fœmina pallantes agi! atq; hæc agmina veni!
 Quid ferrum? quid hæc geritis tela irrua demit?

At non in Venerem segnes, nocturnaq; bella,
 Aut, vbi curia choros indixit tibia Bacchi,
 Expectare dapes, & plena pocula mensa.

Hic amor, hoc studium, dum sacra secundus angust
 Nunciet, ac lucos vocet hostia pinguis in altis.

Hæc effatus, equum in medios, moriturus & ipse
 Concitat, & Venulo aduersum se turbidus infert.

Direptumq; ab equo dextra complectitur hostem,
 Et gremium ante suum multa vi concitus aufert.

Tollitur in cælum clamor, cunctiq; Latini
 Conuertere oculos: volat igneus aequore Tarchon,
 arma vniūq; ferens: tum summa ipsius ab hasta
 Desingit ferrum, & partes rimatur apertas,
 Quæ vulnus lethale ferat. contra ille repugnans
 Sustinet à iugulo dextram, & vim viribus exit.
 Fig; volans alte raptum cum sulua draconem
 Fert aquila, implicuitq; pedes, atq; vnguibus hæsit:
 Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
 Arrectisq; horret squamis, & sibilat ore,
 Arduus insurgens: illa haud minus vrget adunco
 Luctantem rostro, simul athera verberat aliu.
 Haud aliter prædam Tyburtum ex agmine Tarchon
 Portat ouans. ducis exemplum euentumq; secuti
 Meonida incurrunt. tum satis debitus Aruns, *Thyrrum*
 Velocem iaculo, & multa prior arte Camillam
 Circuit: & quæ sit fortuna facillima, tentat.
 Quæ se cunq; furens medio tulit agmine virga, *Camilla*
 Hac Aruns subit, & tacitus vestigia lustrat.
 Quæ victrix redit illa, pedemq; ex hoste reportat,
 Hac iuuenis furtim celeres detorquet habenas.
 Hos aditus, iamq; hos aditus, omnemq; pererrat
 Vndiq; circuitū, et certam quatit improbus hastam.
 Forte sacer Cybela Chloreus, olimq; sacerdos,
 Insignis longè Phrygijs fulgebat in armis,
 Spumantemq; agitabat equum: quem pellis ahenis
 In plumam squamis auro conserta tegebat.
 Ipse peregrina ferrugine clarus & ostro,
 Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu:

Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati
 Cassida: tum crocea chlamydemq; sinuq; creta
 Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro,
 Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crura.
 Hunc virgo, siue vi templis praefigeret arma
 Troia, captiuo siue vi se ferret in auro
 Venatrix, vnum ex omni certamine pugna
 Ceca sequebatur, totumq; incensa per agmen,
 Faemineo praeda spoliolum ardebat amore.
 Telum ex insidijs cum tandem tempore capto
 Coniicit, & superos Aruns sic voce precatur:
 Summe deum, sancti custos Soraetis Apollo,
 Quem primi colimus, cui pineus ardor aceruus
 Pascitur, & medium freti pietate per ignem
 Cultores multa premimus vestigia pruna:
 Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis
 Omnipotens, non exuias, pulsaue trophaum
 Virginis, aut spolia vlla peto: mihi cetera laudem
 Facta ferent: hac dira meo dum vulnere posita
 Pulsa cadat, patriam remeabo inglorius vberem.
 Audijt, & voti Phæbus succedere partem
 Monte dedit, partem volucres dispersit in aura.
 Sterneret vi subita turbatam morte Camillam,
 Annuit oranti: reducem vt patria alta videret,
 Non dedit, inq; Notos vocem veriere procella.
 Ergo vt missa manu sonitum dedit hasta per auras,
 Conuertere animos acres, oculosq; tulere
 Cuncti ad reginam Volsi, nihil ipsa nec auras
 Nec sonitus memor, aut venientis ab aethere tellus:

Hasta sub exertam donec perlata papillam
 Hæst, virgineumq; alæ bibit æta cruorem.
 Concurrunt trepidæ comites, dominamq; ruentem
 Suscipiunt: fugit ante omnes exterritus Aruns,
 Læticia, mistoq; metu: nec iam amplius hasta
 Credere, nec telus occurrere virginis audet.
 Ac velut ille, prius quam tela inimica sequantur,
 Continuo in montes sese auis abdidit altos
 Occiso pastore lupo, magnosq; iuuenco,
 Conscius audacis facti: caudamq; remulcens
 Subiecit pautantem viro, siluasq; petiuit:
 Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Aruns,
 Contentusq; fuga, medijs se immiscuit armis.
 Illa manu moriens telum trahit: ossa sed inter
 Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro.
 Labitur exanguis, labuntur frigida letbo
 Lumina, purpurens quondam color ora reliquit.
 Tum sic expirans Accam ex aqualibus vnam
 Alloquitur, (fida ante alias qua sola Camilla,
 Qui cum partiri curas) atq; hac ita satur:
 Hæcenus Acca soror potui, nunc vulnus acerbum
 Conscit, & tenebris nigrescunt omnia circum.
 Effuge, & hac Turno mandata nouissima perfer:
 Succedat pugna, Troianosq; arceat vrbe.
 Iamq; vale. simul his dictis linquebat habenas,
 Ad terram non sponte fluens. tum frigida toto
 Paulatim exoluit se corpore, lentaq; colla,
 Et captum letbo posuit caput arma relinquens,
 Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras.

Tum verò immensus surgens ferit aurea clamor
 Sidera: deiecta crudescit pugna Camilla.
 Incurrunt densi, simul omnis copia Teucrum,
 Tyrrheniq; duces, Euandriq; Arcadii ala.

Diana At triviae custos iamdudum in montibus Opus
 Alta sedet summus, spectatq; interrita pugna.
 Utq; procul medio iuuenum in clamore furem
 Prospexit tristi multatam morte Camillam,
 Ingenitq; deditq; has imo pectore voces:
Heu nimium, virgo, nimium crudele lussi
Supplicium, Teucros conata lacescere bello.
 Nec tibi deserta in damis coluisse Dianam
 Profuit, aut nostras humero gessisse pharetram.
 Non tamen indecorem tua te Regina relinquet
 Extrema iam in morte: neq; hoc sine nomine laetis
 Per gentes erit, aut famam patieris inulta.
 Nam quicumq; tuum violavit vulnere corpus
 Morte luet merita. Fuit ingens monte sub alto
 Regis Dercenni terreno ex aggere bustum
 Antiqui Laurentis, opacq; ilice tectum:
Opis Hic dea se primum rapido pulcherrima nisu
 Sistit, & Aruntem tumulo specularat ab alto.
 Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem:
Cur, inquit, diuersus abis? huc dirige gressum,
Huc periture veni, capias ut digna Camilla
Premia. tunc etiam telis moriere Diana?
 Dixit: & aurata volucrem Threissa sagittam
 Deprompsit pharetra, cornuq; insensa tetendit,
 Et duxit longè, donec curvata coeunt

Inter se capita, & manibus iam tangeret equis,
 Laeta aciem ferri, dextra, nervosq; papillam.
 Exemplò teli stridorem, auramq; sonantis
 Audijt vnè Aruns, hæsitq; in corpore ferrum.
 Illum expirantem socij, atq; extrema gementem
 Obliti, ignoto camporum in puluere linquunt.
 Opus ad æthereum pennis aufertur Olympum.
 Prima fugit, domina amissa, leuis ala Camilla:
 Turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas:
 Disiectiq; duces, desolatiq; manipuli,
 Tuta perunt, & equis auersi ad mœnia tendunt.
 Nec quisquam instantes Teucros, lethumq; ferentes
 Sustainere valet telis, aut sistere contra:
 Sed laxos referunt humeris languentibus arcus,
 Quadrupedumq; putrem cursu quatit ungula cam-
 Voluitur ad muros caligine turbidus atra (pau.
 Pulsis, & è speculis percussa pectora matres,
 Fœmineum clamorem ad cœli sidera tollunt.
 Qui cursu portas primi irrupère patentes,
 Hos inimica super misto premit agmine turba.
 Nec miseram effugiunt mortem: sed limine in ipso,
 Membus in patrijs, atq; inter tuta domorum
 Confixi expirant animas. pars claudere portas,
 Nec socijs aperire viam, nec mœnibus audent
 Accipere orantes. oriturq; miserrima cades
 Defendentum armis aditus, inq; arma ruentum.
 Exclusi, ante oculos lacrymantumq; ora parentum,
 Pars in præcipites fossas, aut gente ruina,
 Voluitur: immixta pars cæca & cœcita frenis

Arietat

Arietat in portas. & duros obice postes.
 Ipsa de muris summo certamine matres
 (Monstrat amor verus patria) ut vidēre Camilla
 Tela manu trepide iaciunt, ac robore duro,
 Stipitibus ferrum, sudibusq; imitantur obitu.
 Precipites, primaq; mori pro mœnibus audent.
 Interea Turnum in silvis sauisimus implet
 Nuncius, & iuveni ingentem fert Acca tumellam
 Deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam,
 Ingruere insensos hostes, & Marte secundo
 Omnia corripuisse, metum iam ad mœnia ferri.
 Ille furens (& saeva Iouis sic numina poscunt)
 Deserit obsessos colles, nemora aspera lingit.
 Vix ē conspectu exierat, campumq; tenebat,
 Cum pater Aeneas salus ingressus apertor,
 Exuperatq; ingum, siluaq; euadit opaca.
 Sic ambō ad muros rapidi, totoq; feruntur
 Agmine, nec longis inter se passibus absunt.
 At simul Aeneas fumantes puluere campos
 Prospexit longē, Laurentiaq; agmina vidit:
 Et saeuum Aeneam agnouit Turnus in armis,
 Aduentumq; pedum, flatuq; audiuit equorum.
 Continuoq; meant pugnas, & praelia tentent,
 Nī roseus fessos iam gurgite Phœbus Ibero
 Tingat equos, noctemq; die labente reducat.
 Considunt castris ante urbem, & mœnia vallant.

